~~1516.~~ 1517.

# Sigismundus Primus Rex Poloniæ Palatino Sandomiriensi —

270

Mgce. sincere nobis dilecte —
Cum primum nos Andreas Dñus Stani-
:slaus Lanckorunski Capitaneus Came-
:necens. certiores fecit de strage Thar-
:tarorum, egimus mox gratias Domi-
:no Deo, imprimis, et demum per Lite-
:ras Generosis Thworowski, et Pecigni-
:ewski, quorum ductū est hæc victoria
parta, aliisque omnibus qui cum illis
erant. gratiā Nostrā, rependere cura-
:bimus —

De renuntiando autem
servitio Septingentis Equitibus, non
fuit mandatum nostrum expressum,
sed factum est ut remur, id à Mgfico
Nicolao Thesaurario, respectu Summæ
pecuniarum quam habet in Thesau-
:ro. tamen scripsimus illi, ut stipendia
illorum, demeritum illis exolveret,
et equos confectos, ab eis reciperet. Istis

vero reliquis

Istis vero reliquis. Equitibus, qui illic ser=
=viunt. mandavimus servitium, ad ali=
=ud Quartale futurum indicere. Dat=
Vilnæ —

60